

e successori constituti procuratori irrevocabili, perciò tanto il derto donante, quanto il detto donatario pure servitore umilissimo dell' E. V. alla medesima ricorre, supplicandola si degni prestare il detto assenso alla detta donazione, istituzione, e rinuncia, e quella approvare con dare gli opportuni ordini, purchè detto donatario sii in luogo del detto donante investito, e reinvestito delle suddette porzioni di decime sovra donate, il che, ec.

Dominus Canonicus Bustius Curiae nostrae Advocatus fiscalis examinatis opportunis documentis ad exprimendum an jus aliquod fiscale emergat, subjiciat cum voto dat etc. ex aedibus nostris die 11 augusti 1721: signatus Cardinalis Borromeus, subscriptus Joseph Zanoja Secretarius.

Die decima nona augusti 1721.

Obtemperando mandatis ab Eccellenzia Vestra Rever. mihi injunctis sub decreto praesentis supplicationis libelli humiliter dico.

Jus patronatus Parochialis Ecclesiae Sanctorum Cosmae et Damiani Loci de Gatego Novariae diaecesis pro executione literarum Apostolicarum M. S. Alexandri Sesti datae Romae 17 kalendas aprilis anni 1492 fuit contemplatione augmenti dotis ultra dimidium, nunc quondam nobili Antonio de Gatego, suisque haeredibus, et successoribus reservatum per instrumentum receptum ab Albino de Faletis aliis hujus Curiae scriba die 17bris 1693.

Illi autem exercitum prout ex pluribus statibus suum effectum sortitum fuit penes ejusdem Antonii haeredes, et successores ex nobili familia de Gatego, quoniam nunc nullus masculus superstes reperitur, praeter clericum Joannem Baptistam Oratorem; agitur itaque de jure patronatus haereditario, et per donationem transferibili, et cum alias donatio in precibus

enunciata facta legat. etc. reservato Eminentiae Vestrae tamquam Episcopo dioecesis beneplacito, nec in ea fraus aut simoniaca labes interveniens dignoscatur, neque ex illa prejudicium Ecclesiae possit surgere stante quod memoratum beneficium Parochiale nunquam fuit liberae collationis sentit Fiscus posse Eminentiam Vestram eidem donationi consensum praestare sine prejudicio etc.

Quod vero ad decimas feudales contentas in dictis simili placi libello, et donatione animadvertisit Fiscus quod in ultima reinvestitura facta a nunc quondam domino Odoardo Durio anno 1714, tamquam procuratore Eminentiae Vestrae Rev. in ipsummet Clericum Joannem Baptistam de Gatego Oratorem legis etc. quod idem reinvestitus, nec ejus haeredes, seu descendentes ex eis per lineam masculinam, et legitimam valeant vendere, nec alienare, nec in alios transferre, praeterquam in descendentes ut supra sub pacto caducitatis, ac reversionis ad Mensam Episcopalem, hoc tamen relevat Fiscus non impugnando tamen arbitrium Eminentiae Vestrae pro tali consensu, stante maxime quod agitur de donatione secuta, cum reservatione donanti usufructus naturali ejus vita durante tam in Religionem quam extra cum expressa tamen semper reservatione jurium cuiuslibet terii si qui etc., itaque sentit Fiscus in hisce terminis posse annui juxta etiam alias per antecessores Eminentiae Vestrae serv., si tamen etc.

Subscriptus P. P. Immericus Bustius Advocatus fiscalis etc. subdens respective jus patronatus praefatae Parochialis Ecclesiae quod per sententiam de anno 1693 in hac eadem Curia secutam sibique nuper exhibitam fuerunt super eodem jure patronatus ob auditu administratores venerandae Fabricae ejusdem Ecclesiae uti haeredis beneficiariae nunc quondam Rev. Francisci Mariae Gattici alias compatrii et ex descendantibus a fundatore, quo circa consideratum dici debet exer-

citium memorati juris patronatus gentilitium, quod tamen post oratoris obitum fier haereditarium secundum receptam opinionem Ancaranenium constitutionem 81, Calderin constit. 4 de jure patronatus, et Card. De Luca de jure patronatus disc. 35 n. 3, et cum ita etiam Ecclesiae expedire videatur denu sentit ut supra additis, et deletis etc.

Subscriptus idem Paulus Immericus Bustius Advocatus fiscalis.

Gibertus miseratione divina titulo Sancti Alexii S.
186 R. E. Presbiter Cardinalis Borromeus Episcopus No-
variensis, et Comes.

Viso instrumento superius enunciato donationis, institu-
187 tionis, et renunciationis per dictum Clericum Joannem Baptisam Gatticum, unicum modernum Patronum, et Advocatum Ecclesiae Parochialis nuncupatae Plebaniae Sanctorum Cosmae, et Damiani loci de Gatego, seu Gattici, favore dicti J. C. Joannis Francisci Gattici, suorumque haerendum, et successorum in perpetuum factae tam dicti juris patronatus et advocationis laicæ, quam dictarum decimarum.

Viso instrumento reinvestiturae phæudalis dictarum
188 decimarum in dictum Clericum Gatticum donantem, et altero consimili in dictum J. C. Gatticum donatum, nomine nostro celebrato.

Viso demum retroscipro voto fiscali superinde per
189 nos excitato eidem donationi, institutioni, ac renuncia-
tioni in omnibus, et per omnia prout jacet, consen-
sum, et assensum (cum ita Ecclesiae expediens sit)
damus, et praestamus in omnibus ut supra, eamque approbamus, et insinuamus, ac officii nostri decretum et auctoritatem interponimus, quem assensum, appro-
bationem, auctoritatem, et insinuationem volumus pro expressis, et appositis haberi in principio, medio, et fine, et in qualibet parte totius instrumenti dictae donationis, institutionis et renunciationis, non obstante etiam minori dicti donantis aetate, mandante una cum

dicto donationis, institutionis, ac renunciationis instru-
mento registrari debere in actis Curiae nostrae Nova-
riae, et copiam edi petentibus et praedicta, omni me-
liori modo etc. supplentes etc.

Dat. ex aedibus nostris die 22 augusti 1721.

Signat. Cardinalis Borromeus.

Joseph Zanoja Secretarius.

Cum praesentia, et consensu, ac auctoritate data dictae
190 Margaritae Vellinae ejus matris praesentis, et licentiam,
et consensum praestantis etc. promisit, et promittit
contra eam non venire, nec contrafacere, nec illam
impugnare, sed illam in omnibus, prout in ea pro-
prio, quod ad eam spectare, et pertinere quoque futu-
ro tempore possit, attendere, et observare, illamque
eidem per me Notarium infrascriptum, vulgari sermo-
ne de verbo ad verbum lectam ratificavit, et ratificat,
homologavitque, et homologat omni meliori modo etc.

Usufructuarium vero universalem focus reliquatus illius
191 haereditatis superexistentis, factis omnibus expensis pro
ejusdem dicti testatoris ingressu, vestitione, et profes-
sione emitenda in dicta Religione M. R. R. Canonicorum
Lateranensium, vel alia sibi magis benevisa, et satis-
facta dote in qua ut supra fuit dicta domina Aurelia
ejus soror dotata, et instituta, reliquit et relinquit,
bonac ordinat esse debere, ac quod sit, et esse debet
dicta domina Margarita Vellina ejus dilectissima mater,
vita ejus naturali durante.

Quoniam in dicto reliquatu quod super extabit ex dicta
192 ejus haereditate, deductis et solatis ut supra, prout,
et in reliquis omnibus aliis ejus bonis, juribus, et
actionibus quibuscumque exceptis ut supra donatis,
et ut supra etc. instituit ejus haeredem, et nominavit
dictam dominam Aureliam ejus sororem cum dicto ramen-
onere non contraveniendi, nec impugnandi pro eo,
quod ad eam spectat, seu spectare possit, ac posset

praedictam donationem, et aliam sic ut supra favore dicti J. C. D. Gattici factam, et respective approbatam, ac ratificatam, eidemque substituit in dicto reliquatum simili tamen prohibitione, ejusdem dictae Aureliae filios masculos legitimos, et naturales, et de legitimo matrimonio nascituros, et procreandos, et in eorum defectum filias foeminas ejusdem dictae Aureliae haeredis ut supra institutae prout eos ex nunc substituit, seu eo veniente casu instituit ordine successivo etc. Ubi autem, et quatenus decederet dicta domina Aurelia sine filiis, vel filiabus ut supra substitutis vel monialis efficeretur in aliquo monasterio, tunc et eo in casu, et secuta morte dicte dominae ejus matris usufructuariae antedictae cum dicto onere non contraveniendi praedictae donationi dicti juris patronatus dictae Ecclesiae Sanctorum Cosmae et Damiani loci Gattici sub poena dicte privationis ut supra, ex nunc substituit D. R. Presbiterum Joannem Antonium, Josephum, et Franciscum fratres filios quondam Francisci Ferri, et ejusdem dicti testatoris fratres uterinos, quos invicem eo in casu substituit aequaliter, et aequis portionibus inter eos dividentes, et decedente altero eorum sine filiis legitimis, et naturalibus, ac de legitimo matrimonio natis, ac nascitulis, et procreatis et procreandis etc. (id quod similiter etiam intelligatur respectu aliorum ut supra institutorum, et substitutorum) vult, et mandat dictus dominus testator, quod succedant, et succedere habeant alii superstites, vel superstes, ita quod portio talis decedentis, seu decedentium accrescat superstite, vel superstitibus, et decedentibus vero omnibus ut supra institutis, et substitutis sine filiis prout, et eveniente casu praedictae contraventionis, et sic etiam dicte privationis substituit venerandam Fabricam Ecclesiae Parochialis nuncupatam Plebaniae Sanctorum Cosmae et Damiani dicti loci Gattici, cum hoc tamen, quod ejus fabricarii, et administratores qui erunt pro tempore teneant,

Nono et ultimum. I predicto universo
et debeant binas partes totius redditus dicti ejus reli-
mi quibus honorum convertere, et expendere in tot an-
niversariis, et missis in remedium ejusdem dicti te-
statoris animae, ejusque dictorum defunctorum, re-
servato tamen sibi prout sibi reservavit, et reservat
usumfructum dicti reliquatus post mortem dictae do-
mina ejus matris, vita ejus naturali durante ut supra.
Quod autem testamentum datus testator voluit, vult,
193 jussitque, et jubet quod valeat, et teneat jure sui ul-
tillimi, et postremi testamenti, et in omni meliori mo-
do, et forma quibus melius de jure valere potest, et
poterit etc. *sigla signoris eisdem addob ornatum*
omissisq; finib; signis e. missisq; mi signis
anno 1742. 24 Maggio. n. i. usq; i. d.
anno 1816. f. 1742. 24 Maggio. n. i. usq; i. d.
Testamento del signor Giovanni Francesco Gattico dei
el sro Nobili dei signori Coniandi Castello, il e Gattico
figlio del fu sig. Giovanni Luca, rogato Decesaris,
194 in cui fra le disposizioni in esso contenute trovansi
seguenti. ologia regia que elibet emperiale
*195 olo oso sivob ea diuersis letitiae suis coe-
cens. Al titolo di prelegato, ossiaq; di particolare institu-
zione, ed in ogni altro miglior modo ha lasciato, e
lasciat al nobile signor D. Giovanni Battista Abbiatico
di detto testatore, il figlio primogenito del nobile sig-
nre Avvocato, Paolo Ignazio suo figlio, ed erede univer-
salmente infrascritto la ragione della nomina, ed elezione
onode della Chiesa Parrocchiale Pievania di Gattico sotto il
titololo dei santi Cosma, e Damiano, di cui esso te-
statore me è l'unico padrone ed avvocato laicale, e
lo qual ho mandato signori D. Giovanni Battista Gattico
ad ammesso senza figli legittimi, e naturali, e di legiti-
mo matrimonio nati, e procreati, la detta ragione
di eleggere, e di nominare il Curatolo di detta Chiesa,
Pievania di Gattico, l'ha lasciato, e lascia al secon-
dogeno del figli, e discendente di detto, ed infra-
scritto suo figlio, l'erede universale infrascritto;*

Prodotto dalle
signore Conve-
nute in loro
comp. 1 giugno
1816.

195 così di primogenito in primogenito, di secondogenito
in secondogenito, e di terzogenito in terzogenito in
ordine primogenitale sempre in infinito, volendo come
vuole, ordina, e comanda, che la detta nomina sia,
e debba essere sempre, ed in infinito gentilizia, fami-
gliare, e mai ereditaria, volendo perciò che termini-
nando tutte le linee mascoline di tutti gli soprannomi-
nati, che Dio non voglia, non possa mai passare in
eredità, ma debba sempre rimanere gentilizio, ed
agnatizio, e passare nell'agnato maschio, che dall'
ultimo di dette linee sarà nominato, e se non sarà
nominato debba passare sempre nel più prossimo agnato
sempre in primogenitura, e sempre al più prossimo
dei gravati in perpetuo in primogenitura come sopra,
esclusi sempre gli estranei non agnati, escluse tutte
le femmine agnate, ed ancorchè più prossime, ed es-
clusi li figli di femmine. Dichiarendo però, che la
presente disposizione, ossia primogenitura, debba aver
luogo, ed incominciare soltanto dopo la morte dell'
infrascritto nobile suo signor figlio ed erede, mentre
sua vita natural durante ne dovrà esso solo essere
unico padrone, perché così fu ed è la di lui mente
et volontà et omni cognitio omnia ingo ni ha, anno 1701
Ed in tutti poi gli altri suoi beni, eredità, e so-
stanze, azioni, e ragioni, crediti, e debiti, nome dei
debitori, e creditori, mobili, immobili, e seméventi
etiounque sieno, e si ritroveranno essere situati, ed
li cessentis, e di qualsivoglia genere, e specie, e sotto
ogni, e qualunque denominazione, qualità, e quan-
tità il prefato nobile signor testatore ha instituito, ed
comstituisce suo erede universale, nominandolo colla
propria bocca, come lo ha nominato, e momina,
et instituito, ed instituisse dicendo al nobile signor Avvo-
cato D. Paolo Ignazio Gattico mio figlio nato, e
procreato da me, e dalla detta signora Rosa Dulcina,
che da loro legitimo matrimonio dicendoli, dice coi sua
propria bocca e chiara intelligenza, ed udienza di me

Notajo e testimonj, l'erede mio universale voglio che
sii come l'ho chiamato, e chiamo l'Avvocato Paolo
Ignazio mio figlio, quale detto sig. testatore ha ag-
gravato, ed aggrava ad adempire, ed eseguire tutto
e quanto resta dal medesimo sig. testatore disposto ed
ordinato rispettivamente, e relativamente come sopra.

Qual testamento, ed ultima sua volontà, e dispo-
sizione detto sig. testatore ha voluto, e vuole che
vaglia, e debba valere in forza, e ragione di testa-
mento nuncupativo, e senza scritti, e se in tal forza
e ragione non valesse, ha voluto, e vuole, che
debba valere in forza, e ragione di codicillo sì nanti
che dopo il testamento, e se in tal forza e ragione
non valesse, ha voluto, e vuole che debba valere
in ragione, e forza di donazione per causa di morte
ed in ogni altro e miglior modo, che meglio di ra-
gione potrà valere, e sostenersi.

DAZIONE RAZZA